



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 vtrum sit peccatum mortale.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Super questionis cen  
tesimaquinta deci--  
ma articulum pri-  
mum.

QV AEST IO. CXV.

De Adulatione, in duos articulos  
diuisa.

**D**EINDE considerandū  
est de uitis oppositis  
prædictæ virtuti.

¶ Et primo, De adulatione.

¶ Secundo, De litigio.

CIRCA adulationem quærun-  
tur duo.

¶ Primo, Vtrum adulatio sit pec-  
catum.

¶ Secundo, Vtrum sit peccatum  
mortale.

ARTICVLVS II.

Vtrum adulatio sit peccatum.

**A**D PRIMVM sic proceditur.  
Videtur, q̄ adulatio non sit  
peccatum. Adulatio enim consi-  
lit in quodā sermone laudis alte-  
ri exhibito intētionē placēdi: sed  
laudare aliquem non est malum,  
s̄m illud Prouer. vlt. Surrexerunt  
filii eius, & beatissimā prædicauē-  
runt, uir eius & laudauit eam. Si-  
militer, & uelle placere aliis non  
est malum, s̄m illud 1. ad Cor. 10.  
Per omnia omnibus placeo. ergo  
adulatio non est peccatum.

¶ 2. Præter. Bono malum est cōtra-  
rium, & similiter vituperium lau-  
dis: sed vituperare malum, non est  
peccatum. ergo neque laudare  
bonum, quod uidetur ad adula-  
tionem pertinere, ergo adulatio  
non est peccatum.

¶ 3. Præter. Adulationi detractio cō-  
trariatur. Vnde Gre. \* dicit, q̄ me-  
dium contra adulationem est  
detractio. Sciendum est, inquit, q̄  
ne immoderatis laudibus eleue-  
mur, plerūq; nostri rectoris mo-  
deramine detractioibus lacera-  
ri permittimur, ut quos uox lau-  
dantis eleuat, lingua detrahentis  
humiliter: sed detractio est malū,  
ut supra habitum \* est, ergo adu-  
latio est bonum.

Sed contra est, quod super il-  
lud Ezech. 13. Næ qui cōsumunt pul-  
uillos sub omni cubito manus,  
dicit gl. \* id est, suauem adulationem.  
ergo adulatio est peccatū.

Respon. Dicendum, q̄ sicut  
supra dictum est, \* amicitia præ-  
dicta, uel affabilitas etsi principa-  
liter delectare intendat eos, qui-  
bus conuiuuit, tamen ubi necesse  
est, propter aliquod bonum exe-  
quendum, uel malum uitandum,  
non ueretur contristare. Si ergo  
aliquis in oibus uelit ad delecta-

tionem alteri loqui, excedit mo-  
dum in delectādo, & ideo peccat  
per excessum. Et si quidem hoc  
faciat sola intentione delectādi,  
uocatur placidus, s̄m \* Phil. Si au-  
tem faciat hoc intentione alicuius  
lucris cōsequendi, uocatur uidi-  
dior, siue adulator. Cōter tri-  
nomen adulationis attribui solet  
omnibus, qui supra debitum  
modum uirtutis uolunt alios uer-  
bis, uel factis delectare in com-  
muni conuersatione.

**A**D PRIMVM ergo dicendum,  
q̄ laudare aliquē contingit, & be-  
ne, & male, prout. debita circum-  
stantia uel seruantur, uel præter-  
mittuntur. Si enim aliquis aliquē  
uelit delectare laudando, ut ex  
hoc eum consoletur, ne in tribu-  
lationibus deficiat, uel etiam, ut  
in bono p̄ficere studeat, aliis de-  
bitis circumstantiis obseruatis, p̄-  
tinebit hoc ad prædictam uirtutē  
amicitiæ. Pertinet autem ad adu-  
lationem si quis uelit aliquem lau-  
dare, in quibus non est laudādius,  
quia forte mala sunt, s̄m illud  
Psal. 9. Laudatur peccator in desi-  
deriis animæ suæ: uel quia non  
sunt certa, s̄m illud Eccl. 27. Ante  
sermonem non laudes uirum.  
Et iterum Eccl. 11. Non laudes  
uirum in specie sua, uel etiam si in-  
mere possit, ne humana laude ad  
inane gloriæ prouocetur.

Vnde dicitur Eccl. 11. Ante mo-  
tem ne laudes hominem. Similit-  
ter etiam uelle placere homini-  
bus propter charitatem mutuen-  
dam, ut in ea homo spiritaliter  
proficere possit, laudabile est.  
Quod autē aliquis uelit placere  
hominibus p̄ inane gloriæ, uel  
p̄ p̄ lucri, uel etiam in malo, hoc  
est peccatum, s̄m illud Psal. 51.  
Deus dissipabit ossa eorum, qui  
hominibus placent. Et Apo. dicitur  
hominibus placere, Chriſti seruare.

**A**D II. Dicendum, quod adu-  
latio, si non adhibeantur debite  
circumstantiæ, & similiter laudare bonum,  
si non adhibeantur debite  
circumstantiæ, & ideo licet delectatio  
& adulatio, quæ contrariatur ei quæ  
dicuntur, non autem directe opor-  
tet, quia adulator quærit delectationem  
suam, cum aliquando occurrat  
quærit eius infamiam.

ARTICVLVS II.

Vtrum adulatio sit peccatum mortale.

**A**D SECUNDVM sic proceditur.  
Videtur, q̄ adulatio sit pecca-  
tum mortale, quia secundum adu-  
gnū, \* in Enchir. Malum dicitur,

**I**N articulo primo  
questione 113. in  
reipsonse ad pri-  
mum, dubium occur-  
rit circa illud uerbū,  
Quod peccatum est  
set, si quis uellet pla-  
cere hominibus pro-  
pter lucrum: uideatur  
hoc falsum: Tū quia  
in 4. Ethic. de affabili-  
dicitur, q̄ conſtata-  
bit non contristare,  
uel placere, referens  
ad honestum, uel uir-  
te non est ergo pec-  
catū referre hoc ad  
utile, ex quo est actus  
uirtutis. Tū quia iste  
finis, scilicet propter  
lucrum, non importat  
aliquid malum,  
sicut importat ly p̄  
inanem gloriā: &  
placere hominibus,  
nec importat malū,  
nec importat malū,  
nec aliquid spiritua-  
le non ordinabile ad  
lucrum, ergo placere  
hominibus non fit  
malum moraliter ex  
hoc, quod fit propter  
lucrum. Præterea, in  
iudicis placere ho-  
minibus propter lu-  
crum non est pecca-  
tum, ut patet in his  
qui de humiliori ar-  
te uiuunt in curiis  
principum, qui hi-  
striones uocantur. er-  
go nec in seruis place-  
re hominibus pro-  
pter lucrum est pec-  
catum. Et tenet seque-  
la, quia utrobique pla-  
cere hominibus ordi-  
natur ad eorū de-  
lectationem in mae-  
ria temporalī.

¶ Ad hoc dicitur, q̄  
quia in seruis quilibet  
ex debito oportet,  
quod se habeat in  
conuersatione, ut ip-  
sum decet, ideo tur-  
pe esset si sub pretio  
hoc poneretur. Quē  
ad modū si quis uel-  
let sibi solum hoc ip-  
sum quod in conuer-  
sando, & colloquen-  
do uerum diceret.

¶ Vnde ad primam  
obiectionem dicitur,  
quod ly honestum,  
& utile non dicitur  
finem affabilitatis, sed  
finem actum, qui  
sunt affabilitatis ma-  
teria, ita quod in-  
tendit Aristot. quod  
colloquia, & opera,

In registr.  
libro 9. epi.  
29. ante me-  
dium. Et 22.  
mor. cap. 9.

q. 71. arti.  
& 3.

Glo. inte rli  
near. ibid.

q. præced.

quia non nocet: sed adulatio maximè, nocet. sicut illud Psal. 9. Qui laudatur peccator in desideris animæ suæ & iniquus benedicitur: exacerbatit dñm peccator. & ideo Hiero. 7 dicit, quod nihil est, quod tam facile corrumpat mentes hominum, quam adulatio. Et super illud Psal. 69. Conuertantur statim erubescèntes, dicitur glo. Plus nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris. ergo adulatio est grauissimum peccatum.

¶ 2. Præ. Quicumque verbis aliis nocet, non minus nocet sibi, quam aliis: unde dicitur in Psal. 36. Gladius eorum intret in corda ipsorum: sed ille qui alteri adulatur, inducit eum ad peccandum moraliter. unde super illud Psal. 140. Oieum peccatoris non impinget caput meum, dicitur gl. \* Falsa laus adula-

**A** AD III. dicendū, quod authoritas illa loquitur de eo, qui proditorie alteri adulatur, ut cum decipiat.

QVAESTIO CXVI.

De litigio, in duos articulos diuisa.

**B**OSTEA considerandum est de litigio.

Et circa hoc quaruntur duo.

¶ Primo, Vtrum opponatur uirtuti amicitia.

**B** Secundo, De comparatione eius ad adulationem.

ARTICVLVS I.

Vtrum litigium opponatur uirtuti amicitia, seu affabilitatis.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Vt, quod litigium non opponatur uirtuti amicitia, uel affabilitatis.

Litigium n. ad discordiam pertinere videtur, sicut & contentio: sed discordia opponitur charitati, sicut dictum est. \* ergo & litigium.

¶ 2. Præ. Prou. 26. dicitur. Homo iracundus incendit litem: sed iracundia opponitur mansuetudini. ergo & litis, siue litigium.

¶ 3. Præ. Iac. 4. dicitur. Unde bella, & lites in uobis? Nonne ex eo concupiscitis uestris, quæ militant in membris uestris: sed sequi concupiscentias uel opponi temperantia. ergo uidetur, quod litigium non opponatur amicitia, sed temperantia.

Sed contra est, quod Phil. in 4. \* Ethic. litigium opponit amicitia.

**D** Respon. Dicendum, quod proprie litigium in uerbis consistit, cum scilicet unus uerbis alterius contradicit: in qua quidem contradictione duo possunt attendi. Quandoque enim contingit contradictio pro personam dicentis, cui contradicens consentire recusat pro defectum amoris animos ueniens: & hoc uideatur ad discordiam pertinere charitati contrariam. Quæque uero contradictio oritur ratione personæ, quam aliquis contristare non ueretur: & sic fit litigium, quod prædictæ amicitia, uel affabilitati opponitur, ad quod pertinet delectabiliter aliis conuiuere. Unde Phil. dicit in 4. \* Ethic. quod illi, qui ad omnia contrariantur causa eius, quod est contristare, neque quoscumque curantes, dyfcoli, & litigiosi uocantur.

**E** AD PRIMVM ergo dicendum, quod authoritates illæ loquuntur de adulatore, qui laudat peccatum alicuius. Talis n. adulatio dicitur plus nocere, quam gladius persecutoris: quia in potioribus bonis nocet, sicut in spiritualibus. Non autem nocet ita efficaciter: quia gladius persecutoris occidit effectiue, quasi sufficiens causa mortis: nullus autem adulando potest esse alteri sufficiens causa peccandi, ut ex supradictis patet. \*

**A**D II. Dicendum, quod ratio illa procedit de eo, qui adulatur intentione nocendi. Ille enim plus nocet sibi quam aliis, quia sibi nocet tamquam sufficiens causa peccandi, aliis autem occasionaliter tantum.

¶ Super Questionis censuram ad articulum primum.

**I** N articulo primo questione 116. nota primum differentiam inter contentionem, & litigium in tribus. Primo, in fine: quia finis contentionis est impugnatio ueritatis, ut patet superius questione 8. & ex definitione Ambrosii. Contentio est impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris. Finis autem litigii est turbare quietem animi. Nam contristatio nihil aliud est, quam ingerere inquietudinem animi. Et hæc est per se, & essentialis differentia inter hæc duo uita. Secundo, differunt in materia proxima: quia contentio est in colloquio, litigium uero est, & in colloquio, & aliis actibus ad conuersationem concurrentibus, sicut & affabilitas, cui contrariatur. Tertio, in radice: quia contentio, ut in littera dicitur, est ex discordia animorum: litigium uero non ex alia est causa, nisi quia molestus natura, uel passione quis est aliis in conuersando.

¶ Nota secundo, quod licet contingat de hæc dupliciter, scilicet formaliter, hoc est, cum intentione detrahendi. & materialiter, hoc est, ex loquacitate non animo detrahendi, ita contingit esse aliquos litigiosos dupliciter, scilicet formaliter, hoc est, cum intentione contristandi proximum, opponere his que dicuntur, aut exhibere se gramem, seu molestum aliis: uel materialiter, scilicet non cum hac intentione, sed tamen cum effectu: ut accidit his, qui consueverunt dare agresstes responsiones, qui ne sciunt hilariter conuiuere, & conuersari cum aliis, hoc non ex intentione contristandi alios, sed ex complexione, uel malo usu, aut passione. Et licet licet non sit formaliter litigiosus, est tamen materialiter, & quod ad effectum litigio-

9. 37. arti. 6.

Lib. 4. cap. 6. tomo. 5.

Lib. 4. cap. 6. noui procul a princ. tomo 5.